Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

ata sunt Dñs dissipat consilia gentiũ: reprobat autẽ cogitacões populorũ: et reprobat consilia principũ Consilium autẽ dñi in eternũ manet: cogitacões cordis eius in generacõem et generacõem Beata gens cuius est dñs deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi De celo respexit dñs: vidit omnes filios hominũ De parato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram Qui finxit singlatim corda eorum: qui intelligit omia opa eorum Non saluatur rex per multam virtutem: et gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae Fallax equus ad salutẽ: in habundancia autẽ virtutis suae nõ saluabitur Ecce oculi dñi super timentes eum: et in eos qui sperant super misericordia eius Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame Anima nostra sustinet dñm: quoniam adiutor et protector noster est Quia in eo leta